



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Thronus Dei Maria Deipara

Spinelli, Pietro Antonio

Coloniæ Agrippinæ, 1696

Pio Lectori.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46853)



PIO LECTORI.



Aboluimus Deo, Deiparaque bene iuvantibus Librum de laudibus ejusdem Deiparae sanctissimae, sub typo divini Throni Apoc. 4. adumbratae, cui ob tenuitatem nostram non modo ulla tribui absoluta laus, sed ne inchoari quidem quicquam pro dignitate potest. Verumtamen Imperatrici Angelorum non sunt servorum eius conatus ingrati. Itaque huic Libro attexere vidum est, eius veluti Appendicem, quae universa eius vitae Elogia ex sacris litteris, ac Patribus excerpta summatim recensentur, Aliquot item Tractatus, quos in Operis Praefatione polliciti sumus, quibus nonnulla pertractantur, quae & si ad Deiparae praeconia pertinent, & ad quaedam huius Libri capita revocari possunt, quia tamen institutam in hoc Opere disputationem longius trahebant, maluimus ad finem Libri in separatos Tractatus ea uberius explicata rejicere, quam pressius dilibata in ipso Opere strictim attingere. Tu candide Lector si quid minus pro tantae Virginis dignitate dictum, imbecillitati nostrae tribuas, si quid commendatione dignum, Deo bonorum omnium Auctori, eiusque Genitrici, cuius precibus, ac patrocinio hoc qualecunque acceptum refero, quaeque se laudantium conatus, ac studia benigne promovet, ascribas.

ELOGIA